

Quæ enim certa fiducia sit Christianorum,

de Dei } Patris omnipotentia  
 } Filii sapientia.

erga sanctam & Catholicam Eccle-  
 siam, sanctorum communione socia-  
 tam, quæ à peccatis remissionem in-  
 venit, & à mortuis resurrectionem &  
 vitam denique æternam adeptura est:  
 ex *Symbolo* percepimus.

Deus triunus fidem in cordibus nostram  
 accensam conservet, & faxit gratiosè  
 ut per eam fidem custodiamur ad sa-  
 lutem. 1. Pet. 1, 5.

## DOMINICA XXV.

Ex Quæst. 59. & 60.

*JUSTIFICATIO FIDEI DE SA-  
 lute, & vita æterna fideles reddit  
 securos.*

TEXTUS Roman. 3, 23. & seqq.

*Vers. 23. Omnes peccaverunt ac deficiuntur glo-  
 ria Dei.*

*v. 24. Ut qui justificentur gratis, id est, ejus  
 gratia per redemptionem factam in Iesu  
 Christo.*

*v. 25. Quem præstituit Deus ut esset placamen-  
 tum per fidem in sanguine ipsius ad de-  
 monstra-*